

970.

Friedrich und König Alfons VIII. von Kastilien schließen einen Vertrag über die Vermählung des Kaisersohnes Herzog Konrad von Rotenburg mit der Königstochter Berengaria unter Festlegung der Morgengabe, der Mitgift und der
 5 **Thronfolge im Königreich Kastilien.**

1188 April 23, Seligenstadt.

Chirograph, untere Hälfte, besiegelt mit Bleibulle König Alfons VIII. im Archiv der Kathedrale zu Cuenca, Cajon 1, legajo 2, n° 17 (A'). — Chirograph, obere Hälfte, Siegel verloren, im Archiv der Kathedrale zu Burgos vol. 17, f. 434 (A'').

10 *Suárez de Alarcón, Relaciones genealógicas 50 escr. XCIX. — Francisco de Sota, Chronica de los Principes de Asturias 678 escr. 47. — Lupián y Zapata, Tratado apologetico XXXIX (im Anhang zu dem von Cerdà y Rico aus den Papieren des Marques de Mondexar herausgegebenen Werk „Vida y acciones del Rey D. Alonso VIII.“). — Mon. Germ. Leg. 2, 565. — Aschbach, Geschichte Spaniens und*
 15 *Portugals 2, 300. — Württemberg. UB. 2, 256 n° 457. — Mon. Germ. Const. 1, 452 n° 319. — Ballesteros in Archivo Hispalense, 2. epoca 9 (1948), 104 Faks. von A''. — Rassow, Der Prinzgemahl 1 ff. aus A' A'', die er mit C beziehungsweise mit B bezeichnet, mit Faks. von A'. — Gonzalez, Alfonso VIII. 2, 857 n° 499 aus A' A'' mit Nennung weiterer Drucke. — Garrido Garrido, Documentacion de la*
 20 *Catedral de Burgos (1184—1222) 50 n° 277 aus A''. — Stumpf Reg. 4490.*

A' und A'' sind von derselben Hand in gleicher Ausstattung geschrieben, Abecedarium und Schnittlinien passen jedoch nicht ineinander. Man wird daher annehmen, daß die jeweiligen Paßstücke beim Vertragspartner, also beim Kaiser, verblieben sind. Von dieser deutschen Überlieferung fehlt allerdings jede Spur. Sowohl A' als auch
 25 *A'' weisen Abschreibfehler auf; sie gehen also auf einen Entwurf oder auf einen Originaltext zurück, nach dem sie kopiert wurden. Es handelt sich offenbar um die gleiche Form der Chirographierung, die uns für den nur kopiaal überlieferten Vertrag mit Graf Balduin V. von Hennegau (D. 857) bezeugt ist und die bei spanischen Verträgen damals durchaus üblich war; vgl. Riedmann, Verträge 153 ff., besonders*
 30 *155 Anm. 107. Die Lesungen von A'' verdienen meist den Vorzug. In der objektiven Fassung und im Formular folgt die Urkunde so stark spanischem Brauch, daß wir sie wohl im Wesentlichen als das Werk eines kastilischen Schreibers ansehen dürfen. Dem entspricht schon der Eingang, der nicht mit der Intitulatio, sondern mit der*
 35 *Wendung Divina procurante providentia placuit nobis einsetzt. Es folgt das persönliche Versprechen des Kaisers in subjektiver Form mit der genauen Festlegung der Morgengabe. Die Liste dieser Allodien, die übrigens in beiden Exemplaren völlig fehlerfrei kopiert wurde, muß naturgemäß von deutscher Seite zur Verfügung*
 40 *gestellt worden sein. Im übrigen herrscht durchaus spanischer Urkundenstil mit Einschluß der in Kastilien üblichen Formel Facta est carta. Erst im Eschatokoll tritt dann eine Vermischung deutschen und spanischen Kanzleibrauches ein, indem zur Jahresbezeichnung einerseits Inkarnationszahl und Indiktion, andererseits die spanische Ära verwendet werden. Die Stelle der Rekognition vertritt eine Data-per-*
 45 *manum-Formel, die den kaiserlichen Protonotar Rudolf nennt, allerdings in Verbindung mit der ganz kanzleiwidrigen Wendung: presente Iohanne imperialis aule cancellario. Auch hier war spanischer Einfluß entscheidend, denn die kastilische Königsurkunde endet mit einer Schreiberformel, in deren Rahmen der Inhaber der Kanzlerwürde*

genannt zu werden pflegt; vgl. Riedmann, *Verträge* 159 Anm. 130. Die Angabe des Monatstages nach dem römischen Kalender entspricht beiden Kanzleien, die Segensformel am Schluß (*Apprecatio*) hingegen einer deutschen Gepflogenheit. Man hat also ein Mitglied der kastilischen Gesandtschaft (unter Verwendung der Liste der als Morgengabe in Aussicht genommenen Allodien) den Vertragstext abfassen lassen und ihn kaiserlicherseits durch die Datum-per-manum-Formel des Protonotars Rudolf unter Nennung des Kanzlers zum Abschluß gebracht, wobei im Eschatokoll spanische und deutsche Beurkundungsgewohnheiten vermengt wurden. Es ist möglich, daß die in Deutschland verbliebenen Paßstücke die kastilische Schreiberformel samt Nennung des Kanzlers des Königs Alfons enthalten haben.

Auf kastilischer Seite werden die Eidesleistungen bereits vor dem Aufbruch der Gesandtschaft nach Deutschland erfolgt sein. Der König spricht ausdrücklich von einem Eid, der auf seine Seele geleistet wurde: *teneor sacramento, quod homines (mei) meo mandato in anima mea fecerunt*; auch die kastilischen Großen und Städte hatten ihren Schwur bereits geleistet. Davon konnte man ausgehen, als der Kaiser und die bevollmächtigten Unterhändler des Königs das Vertragswerk in Seligenstadt zum Abschluß brachten.

Da uns von A'' nur das sehr kleine Faksimile bei Ballesteros zur Verfügung stand, stützen wir uns hinsichtlich dieser Überlieferung auf Gonzalez.

In dei nomine amen. Divina procurante providentia placuit nobis Frederico dei gratia Romanorum imperatori et semper augusto et vobis Aldefonso eadem gratia regi Castelle et Toleti contrahere matrimonium inter serenissimum filium nostrum Cōnradam ducem de Rotenburch et illustrem filiam vestram Berengariam. Ad cuius rei et coniugii consumationem ego Fredericus Romanorum imperator et semper augustus cum consensu eiusdem filii mei Cōnradi promitto, quod mittam filium meum Conradum ad regnum vestrum in proxima letania, et desponsabit et ducet in uxorem legitime predictam filiam vestram Berengariam et dabit ei donationem propter nuptias, que vulgo dicitur apud Romanos doaire, apud Hyspanos arras, videlicet totum alodium, quod contingit eum tam a nobis quam a nobilissimo patrueli nostro Frederico quondam duce de Rotenburch, quod est in episcopatu Herbipolensi et Franconia orientali in provinciis Sualuelden Riez appellatis, in Sueuia et inter Renum et Sueuiam situm, cuius aliquam partem per certa nomina presenti pagine duximus inserendam: Castrum Rotenburch et castrum Winisperch cum omnibus eorum pertinentiis, curtes et allodia, que habemus tam in civitate Herbipolensi quam in episcopatu, burgum Wicenburch cum omnibus suis pertinentiis, mediam partem castri Walrstein cum omnibus suis pertinentiis, castrum Flochberch cum omnibus pertinentiis, burgum Bebphingin, castrum Walthusin cum omnibus pertinentiis, burgum Gemunde cum pertinentiis, burgum Tinkelspūhel cum pertinentiis, burgum Vfkirchin cum pertinentiis, predium in Burberch cum pertinentiis, burgum Rine et predia attinentia, burgum Eppingen cum pertinentiis, castrum .Rienecke, castrum Wiliberch, castrum Riet, allodium in Lutgersteigen, allodium in Sueigren, allodium in Flina, allodium in Suntheim, allodium in Northeim, allodium in Malmerisheim, allodium in Cnūdilingen, allodium in Gondolsheim, allodium in Merchingen, allodium in Gugelingen, allodium in Michilnuelt, castrum Esilsperch, advocatiam in Wilzenburch secundum usum et consuetudinem Alemannie; et manebit apud vos in regno vestro interdum cum voluerit, et redibit in terram suam, quando sibi placuerit.

Et ego predictus Aldefonsus rex Castelle et Toleti promitto cum consensu filie mee Berengarie vobis imperatori, quod dictam filiam meam Berengariam tradam in sponsam et uxorem legitime filio vestro Conrado. Et a proximo festo nativitatis domini usque ad duos annos ibit filia mea B(erengaria) ad terram imperatoris et deferet secum
 5 XL duo milia aureorum ita, quod imperator premoneatur super hoc per spacium novem mensium ante terminum prefixum, ut assignetur locus, ubi ei occurrere faciat.

Hec autem sunt pacta infrascripta, que debent servari ex utraque parte, tam ex parte imperatoris et filii sui Conradi quam ex parte A(ldefonsi) regis Castelle et filie sue B(erengarie):

10 Si predictus A(ldefonsus) rex Castelle filium habuerit masculum legitimum, filius ille succedat illi heres in regno Castelle. Si rex A(ldefonsus) sine filio masculo superstite obierit, succedat illi in regno filia sua B(erengaria) et vir eius Conradus cum ea, salvo et reservato illeso iure suo domine regine Alienor uxori dicti regis Castelle in omnibus et per omnia in arris suis. Hec autem sunt, que sibi assignata sunt in dotem vel in arras:
 15 Naiara, Touia, Cirannon, Cereso, Pazlongos, Cellorigo, Faro, Pancoruo, Monasterio, Bilforado, Villafranca, Alua de Montedoca, Arlanzon, Burgos, Monio, Castrosoriz, Amaia, Orzeion, Vrual, Palentia comitis, Astudello, Carrion, Fromesta, Portus sancti Anderii et Villacorel, Pennafidel, Magan, et due partes salinarum de Uelinchon, que sunt regis. Si filia regis B(erengaria) sine prole concepta de filio imperatoris decesserit, regnum
 20 Castelle revertatur ad prolem regis aliam vel ad prolem sue posteritatis, cuiuscumque gradus sit. Quodsi nulla ex ea superstes fuerit soboles, tunc revertatur regnum ad dispositionem regis A(ldefonsi) Castelle, ut ille possideat regnum, quisquis sit, cui rex A(ldefonsus) illud assignaverit et iusserit dari. Et supradictus C(onradus) teneatur sacramento suo ita facere de regno Castelle, sicut rex A(ldefonsus) disposuerit et preordina-
 25 verit. Si rex A(ldefonsus) filium masculum legitimum habuerit et ille filius sine prole legitima superstite decesserit^{a)}, predicta B(erengaria) filia regis habeat^{b)} regnum Castelle et vir eius C(onradus) cum ea vel ea proles, si quam legitimam reliquerint^{c)}. Si forte prefatus^{d)} C(onradus) decesserit nulla suscepta prole de uxore sua B(erengaria), ipsa reducatur salva et segura ad regnum Castelle, si sibi placuerit redire, et nichilominus^{e)}
 30 habeat dotem suam, id est arras, in terra viri sui, videlicet totum alodium, quod superius dictum est. Item ex quo filius imperatoris C(onradus) ad regnum Castelle venerit, suscipiat benedictionem^{f)} cum filia regis Castelle a die, qua venerit ad Castellam, usque ad tres menses vel antea. Et postquam eam sic legitime duxerit, faciant^{g)} statim securitatem homines terre regis Castelle de regno filie eius B(erengarie) et C(onrado) viro eius
 35 cum ea secundum prescriptas et subsequentes condiciones, salva fidelitate regis et recepta securitate regni; faciat securitatem ipse C(onradus) et iuret, quod omnia hec pacta precedentia et subsequencia, que ad eum pertinent, observet bona fide et sine omni fraude et dolo. Item si rex A(ldefonsus) sine masculo filio superstite obierit, quamdiu filius imperatoris et filia regis prolem non habuerint, ipse C(onradus) dividat terram
 40 regendam nobilibus cum consilio uxoris sue B(erengarie), et aliter non liceat ei, et illi, quibus ipse terram regendam, ut moris est apud Hyspanos, commiserit in honorem, faciant tunc hominum regine uxori^{h)} sue filie regis et viro eius C(onrado), sicut fecerunt primi, qui terram rexerant, hoc tamen remoto, quod regi in diebus suis complere debebant vel filio eius, si filium haberetⁱ⁾. Item si rex sine filio masculo superstite obierit,
 45 veniat C(onradus) et uxor eius B(erengaria) ad regnum Castelle et detur uxori eius regnum

970. a) decesserit A' b) habebat A' c) relinquerint A' d) prefactus A' e) nichominus
 A' A'' f) benedictiones A' g) faciam A' h) uxoris A' i) haberent A' A''

et ipsi cum ea, et C(onrado) non detur sine uxore sua B(erengaria) ipsa presente et iubente^k), non aliter, nec homines patrie aliter teneantur. Item si mortuo rege sine filio legitimo masculo uxor C(onradi) B(erengaria) filia regis forsitan infirma accedere non poterit ad Castellam, veniat C(onradus) et adducat prolem suam et uxoris sue, si quam habuerit, et detur eis regnum. Si prolem non habuerit, veniat tamen ipse ad defendendum 5 regnum et adiuvent eum homines ad defensionem regni et serviant ei tamquam domino, excepto, quod potestatem non habeat^l) in castris seu villis mutandi vel alienandi. Et quando uxor eius venire poterit, veniat, et cum venerit, detur ei regnum et ipsi C(onrado) viro eius cum ea. Si obierit forte C(onradus) habens filium vel filiam de filia regis B(erengaria), veniat ipsa filia regis B(erengaria) et proles sua ad Castellam et detur eis regnum, 10 et homines patrie expectent adventum eorum et custodiant regnum et nulli illud tradant nisi ipsis. Et si C(onradus) et uxor eius B(erengaria) defuncti fuerint, proli utriusque superstite, si qua fuerit, detur regnum.

Et ego F(redericus) supranominatus Romanorum imperator promitto et convenio, quod omnia prescripta pacta et conditiones, que me contingunt et filium meum C(onradum) et ad nos pertinent, servem bona fide et sine omni fraude et dolo et faciam teneri et fideliter observari. 15

Et ego Henricus rex filius imperatoris promitto et convenio, quod omnia supradicta pacta faciam observari a fratre meo C(onrado), quecumque patrem meum et fratrem contingunt et ad eos pertinent observanda. 20

Et ego predictus^m) rex A(ldefonsus) promitto et teneor sacramento, quod homines (mei) meoⁿ) mandato in anima mea fecerunt, quod prescripta, que me contingunt et ad me pertinent, observem et observari faciam bona fide et sine omni fraude et dolo.

Et ego sepedictus C(onradus) filius imperatoris concedo et affirmo prescripta pacta omnia et^o) fideliter et integre omnia^o) predicto modo me observaturum promitto 25 et iuravi coram nunciis regis Castelle.

Et ego B(erengaria) filia regis Castelle similiter omnia illa, que de prescriptis me observanda contingunt, me observaturam promitto.

Nec non et ego Alienor regina uxor regis Castelle mater predictae B(erengarie)^p) promitto^p), quod ea, que me contingunt et ad me et filiam meam pertinent, pro posse 30 meo faciam observari.

Si forte ante adventum C(onradi) dominum regem, quod absit, decedere contingerit^q), barones et principes regni et potestates et civitates et magister Calatrauensis cum fratribus suis et commendator de Ucles cum fratribus suis teneantur sacramento et promissione recipere C(onradum) filium imperatoris et tradere illi predictam filiam 35 regis B(erengariam) in uxorem et dare regnum ipsi uxori eius et C(onrado) cum ea. Et archiepiscopus et episcopi teneantur regnum interdicere et contradicentium personas excommunicare. Dominus G(undissalus) quidem Toletanus archiepiscopus et Hispaniarum primas teneatur ad hoc in ea obedientia, quam promisit domino pape, et subfraganensis eius in ea obedientia, qua ei debent. M(arinus) Burgensis episcopus teneatur obe- 40 dientia, quam debet domino pape. Rodericus Calagurritanus episcopus teneatur obe-

970. k) vidente A'' l) über e wohl überflüssiger Kürzungsstrich A' m) aus sepedictus verb. A'
 n) von gleicher Hand über der Zeile A'; mei dürfte zu ergänzen sein o) et — omnia von gleicher Hand über der Zeile A' p) B. promitto fehlt A', Auslassungszeichen über der Zeile
 q) contingerit, zweites n durch Punkte getilgt A'

dientia, quam debet suo metropolitano. Dominicus Abulensis episcopus teneatur obedientia, quam debet suo metropolitano.

Hec sunt nomina principum et nobilium, qui sacramentum prestiterunt: comes Petrus, comes Ferrandus, Didacus Xeminiz, Didacus filius comitis Lupi, Petrus Ferrandi, 5 Rodericus Guterii senescalcus regis, Ordonius Garsie, Aluarus Roderici de Maxilla, Petrus Roderici de Guzman, Lupus Didaci merinus regis, Lupus Didaci de Mena, Gundisaluus Ferrandi potestas, Fernandus Martini.

Hec sunt nomina civitatum et villarum, quarum maiores iuraverunt: Toletum, Concha, Opte, Guadalafagara, Fita, Talamanca, Vzeda, Buitrago, Madrid^{r)}, Escalona, 10 Maqueda, Talauera, Placentia, Turgellum; citra alpes vero Abula, Secobia, Areualum, Medina de Campo, Vmetum, Coca, Portellum, Collar, Petraza, Fontedonna, Septempublica, Aellon, Maderolo, Sanctus Stephanus, Oxoma, Caracena, Attentia, Segontum, Medina Celebs, Bellanga, Almazanum, Soria, Agripennis, Fariza; citra Dorium vero Uallisoletum, Palencia, Lucronium^{s)}, Calagurri, Arnetum, Oterium de Sellis, Septimanca, 15 Turris de Lobaton, Monsletus, Fons Purus, Sanctus Facundus, Ceia.

Facta est carta anno dominice incarnationis M^oCLXXXVIII^o, indictione VI^a; data apud Saligestad per manum Ruodulfi imperialis aule prothonotarii, presente Iohanne imperialis aule cancellario, IX kal. maii, era M^aCC^aXXVI^a; feliciter amen^{t)}.

*971.

20 *Friedrich sichert dem Grafen Balduin von Hennegau nach dem Tode seines Oheims, des Grafen Heinrich von Namur, dessen Allodien und Lehen zu.*

(1188 Mai 16, Seligenstadt).

Chron. de Gislebert de Mons ed. Vanderkindere 208: Habitoque, et pater et filius (imperator et Henricus rex), communi consilio, comiti Hanoniensi super allodiis 25 et feodis avunculi sui gratiam suam concesserunt, quod nunquam ipsi duo communiter fecerant, et ei eadem privilegiis suis confirmaverunt. Aus der erhaltenen Parallelurkunde Heinrichs VI. (Mon. Germ. Const. 1, 465 n^o 326; B.-Baaken Reg. 67) kennen wir das genaue Datum und den Inhalt des Abkommens, das als compromissio bezeichnet ist und die Belehnung Balduins mit den Gütern, die Graf Heinrich von Namur vom Reich zu Lehen trug, nach Leistung des Hominiums 30 in Aussicht nahm. Zu den weiteren Vorgängen vgl. Gislebert a. a. O. — Stumpf Reg. 4491.

970. r) Madrit A'' s) Lucrontum A' t) an A' Bleibulle Alfons' VIII. von Kastilien an Hanfäden; die königliche Bleibulle an A'' verloren.